



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Jncipit solemne opus expositionis Euangeliorum
dominicalium tocius anni reuerendi magistri Alberti de
Padua ordinis frat[rum] heremitaru[m] sancti Augustini**

Albertus <de Padua>

Vlme, 1480

Prima pars

urn:nbn:de:hbz:466:1-30888

lxxviii

bus meis eloquia tua sup mel ozi meo. Ad cuiusmodi suscitatio
nez vocant p̄na correctio. materna consolatio. petri auctoritas et
recognitio. Johis caritas et gratificatio. atq; iacobi virilitas et
supplantatio. Item nō allegorice qz synagoga manet clausa i
domo n̄ audens p̄dire in publicū et mortua ē. Qm̄ h̄m Aug. le-
galia et mortua sūt et mortifera. interim vero dū ad fidem xp̄i sa-
nata venit gentilitas. funerals iudei agūt. cultū plangētes iu-
daicū. Hier. 9. Cōtemplamini et vocate lamentatrices et veniat
ad eas q̄ sapientes sūt mittite et p̄perate festinēt et assumant sup
vos lamentū. deducant oculi v̄ri lacrimas. et palpebre vestre de-
fluant aquis. qz vox lamentatōis audita ē de syon. qm̄ vastati
sumus et desuli vehementer qz dereliquimus terrā. qm̄ deiecta sūt ta-
bernacula n̄ra. sed ad domū isrl̄ cū intrauerit plenitudo gentiū
in fine m̄di veniet dñs et ei edis vanis lamentis intrās iudeoz
corda. filie p̄ncipis apprehendet manus ut redā opet ut post se
trahat et tunc viuet puella que adhuc mortua plangit. Tren-
quarto. Spiritus oris nostri christus occūsus ē in pctis nostris
cui diximus in umbra tua viuemus in gentibz. Rogemus er-
go deum ut nos mundet et viuificet.

Dñica. 24. post penthe. Sermo lxxviii.

Prima pars.

Um videritis abhominacionem desolationis que
dida est a Daniele p̄pheta stante in loco sancto etc.
Mat. 24. idem legit Mar. 13. et Luc. 21. iustus est
ut res vnaqueq; t̄pi adueniat. et qz dñica ista vlti-
ma est offitioz. id legit euangeliū in ea qd̄ de his
traat̄at que in fine seculi futura sūt. Sicut at dicit beatus Grego-
34. moza. in p̄ncipio. finis m̄di huius qualis futurus sit. de p̄h̄n-
di pōt ex etatibz hois vnus. n̄ra em̄ etas per iuueniles annos
roboratus viget. in senili aut̄ t̄pe duz vementibz annis auge-
crebrescentibz moribz excoquit. sic et m̄di t̄ps dū vementibz an-
nis auge-crebrescentibz malis afficit. crescunt t̄pa. crescunt et
mundi mala iam senis. et contra mundum totis viribus anti-
quus hostis. eo magis insurgit quo ipsius finem proximiorum
conspicit. sciens temptandi licentiam sibi tollendam. et se de
proximo fore damnandum. sed contra hostis huiusmodi impe-
tum saluator noster dat refugium. dat consilium. dat etiam
subsidiū. Refugium quidem primo aduersus violentiam

Sermo

persecutionū. Itē consiliū aduersus fallacias erroꝝ. ibi. tunc
si quis vobis dixerit. Item subsidium aduentus sui contra mali-
tiam iniquorum. ibi. Statim autem post tribulationem. B
Circā primū sex tangunt. primū est future psecutiois signum et
tps. signū quidē est abhominatio desolatiois. tps vō illud qd ī
Daniele taxatur ē. Dic g. cū videritis abhominatiōē desola-
tiois stantē in loco sc̄to: q̄ qdē abhōiatio: dicta ē a daniele pph̄e
ta q̄ legit: ipsuz pph̄etā intelligat. si p̄ vlt̄ tria intelligat. 1^o qd
sit abhōiatio desolatiois fm̄ quo tpe futūa sit. terciū in quo sc̄to
loco stabilienda sit. In daniele at̄ pph̄ta. 9. ca. sic legim⁹. an-
gelū gabriele dixisse septuaginta ebdomadas abbreviate sunt
sup̄ pplm̄ tuū. et sup̄ urbem sc̄tam tuā et asumet p̄uaricatio et fi-
nem accipiet p̄cc̄m. et deleat iniquitas et adducat iusticia sempit̄
na. et impleat visio et pph̄ta et vngat sanctus sanctorū. has eb-
domadas. 70. auem̄ter angelus sic distribuit dicēs qd ab exi-
tu sermonis vt edificet hierlm̄. vsq; ad xpm̄ duces erunt ebdo-
made septē et sexaginta due post q̄s occidet xps. et ciuitatem et
sanctuariū dissipabit p̄p̄s cū duce venturo et finis ei⁹ vastitas
et p̄ finē belli statuta desolatio. et qz ex nūo. 70. ebdomadaz
vna remanet n̄ distributa. auem̄ter angelus de illa loquit̄.
et firmabit aut̄ pactū multis ebdomada vna qm̄ rursus diuidit
dicens. et in dimidio ebdomadis desiciet hostia et sacrificium. et
erit in templo ab hōiatio desolatiois. et vsq; ad r̄sumationē et
finem p̄seuerabit desolatio. hęc ē illa abhominatio desolationis
de qua saluator dicit. Qui legit intelligat. n̄ est aut̄ impossibilē
h̄mōi visionis intellectus. alias xps non remitteret lectōrē ad
requirēdā intelligentiā. Vn̄ eius dēz Dan. 12. dixit. tu daniel
claudē sermōes et signa libꝝ vsq; ad tps statuti. p̄transibūt
em̄ plurimi. et multiplex erit sciētia qd verbū exponens Gre-
g. 9. moꝝ. ca. 11. dieb; inq̄ens singulis magis magisq; scia cele-
stis ostendit. qz vrgente m̄di sine sup̄na sciētia p̄ficiat. et largi-
us cū tpe excrefcit. licet at̄ istud n̄ sit impossibile intelligendum
difficile tñ est. nisi sp̄s sanctus donū tribuerit intellectus. qm̄ vt
dicit. 2. Pet. 1. pph̄tae scripture sacre nō sit pp̄ia interpretatiōe
hōim. cū ei pph̄ta ip̄a nō sit allata voluntate hōim. sed inspira-
tione sp̄s sancti assequens est qd n̄ nisi eodē reuelante sp̄s pos-
sit intelligi. hoc dico de pph̄ta nōduz completa. nam pph̄tias
completas facile intelligit qui veritatem p̄nuntiatam nouit. q̄
difficilis autem fuit h̄mōi pph̄tae intellectus. diuersē ipsius
expositiones declarant. nam Hiero. in originali super Danielem
decem expōnes adducit p̄pter ambiguitatē qd verū sit lectōri
discernēdō derelinq̄ns. n̄ est aut̄ n̄re intentionis ip̄az danielis

pphetiaz exponere. nisi quantum pertinet ad partem materiam. C
 Sueduz at q. 70. ebdomadas annorum sunt. quaz unaqueq
 septem annorum est qui filii sunt anni. 490. iste ebdomades abbre-
 uitate dicunt. qz anni significant lunares qz annis solaribus breui-
 ores sunt vndeam diebus. Ideo anni lunares quadringenta no-
 nagesima sunt ex solaribus. 475. istud tempus annorum dixerunt
 quidam completum fuisse ante christi natiuitatem tempore hircani et antiochi
 qui in iudea tributaria facta est romanis. Africanus vero dicit qz
 completum fuerit in morte christi. ex tunc enim sacrificia templi erant abho-
 minatio deo. Ppollitus martyr dixit. hos annos tempore antiochi
 completos. hz qui ista completa fuerit prophetia adiuuam ad intelli-
 gentiam per textum euangelij Luc. 5. vbi dicitur. cum videritis circumdari ab
 exercitu iherusalem. tunc scitote qz appropinquabit desolatio eius. tunc
 qui in iudea sunt fugiant ad montes etc. qz ad litteras pertinet quia nec
 ante christi incarnationem. nec in passione eius. hz ut ipsemet propheta
 applicat obsidionem iherusalem tunc certe post ipsius ascensionem fuit
 completa. volens igitur dominus in se credentes cautos reddere ad uisa
 seculi dedit signum destructionis ciuitatis iherusalem. cum videritis abho-
 minationem desolationis Cris. videtur inquit mihi dicere romanorum
 exercitum quo ciuitas sancta iherusalem desolata est. Vel hinc Hier. ab-
 hominatio in scriptura sacra cultus idolatrie dicitur. Post christi vero ascen-
 sionem annis decem posita fuit in templo imago Gaii imperatoris
 ab herode. qz abhominatio signum erat desolandi ciuitatem. rursus
 Helius adrianus equestris capta ciuitate in loco secundo. in sancta
 sanctorum ipsam imaginem posuit. quam cum indei amouissent indi-
 gnatus ille ciuitatem et templum funditus euertit. et facta est ciuitas
 desolatio. qz illud idolum abhominacionis presagium erat. et oc-
 casio desolacionis vrbis: que dicta est a Daniele propheta: de hac
 enim pronunciauit ipse: stantem: scilicet abhominacionem: in loco secundo:
 et in sancta sanctorum templi: qz legit prophetam intelligat misterium
 D. Nō hinc Hier. qm ad intelligentiam prouocam misterium mon-
 strare esse quod dicitur. Ideo illa abhominatio qz fuit signum desolande ci-
 uitatis iherusalem. ipsa eadem misterium figurat abhominacionem futuram
 in ecclesia desolanda nouissimo tempore. oia enim in figura nostri adin-
 gebat illis. hzc abhominatio antichristus abhominabilis est propter qua-
 tuor. Primo qz ex adulterio nasciturus. 2º quia diabolus in eum
 est ingressurus. Job. 37. ingredietur bestia latibulum suum. et in antro
 suo morabitur. qm ut dicit Gregorius. 32. mor. ca. 16. purus quidem homo
 generabit antichristum. et usque ad mundum sibi vim angelice fortitudi-
 nis excrescet. et ut idem dicit. 27. mor. ca. 24. antiquus hostis
 velut bestia. cum in fine mundi damnatum illum hominem qui
 antichristus vocatur inuasit. Quid aliud qz latibulum suum

Sermo

ingredit. vas quippe illud diaboli antrū ac latibulū bestie est. Tercio antixps abhominatio erit rōe abhominabilis opacōis. qz sub scēitatis specie abhominabilia opabit. Qsto qz tū lit hō peccator hō diabolicus. diuinū tñ sibi vsurpabit honorē. Vñ. z. Thsa. z. reuelabit homo peccā. z. filius pditionis qui aduersat et extollit sup omē quod d dēus. aut qd colit vt in templo dei sedeat. ostendens se tanq̄ ipse sit deus. hęc abhominatio erit desolacōis qz desolabit ecclia. vastabit cultus xpiane religionis et sancta erunt in calcationē. Joel. i. Perijt sacrificiū z libacō de domo dñi. z luxerūt sacerdotes ministri dñi. depopulata ē regio luxit humus. hmōi vers antixpi aduentū difficile aut etiā impossibile est cognoscē. h̄ eius iā a pparent imagines ois demigp iniqu9. ois falsus. ois sifator est antixpi imago. in ecclia quip̄ pe q̄ sanctus locus ē. stat p̄latus aliqn symoniacus. aduēt. avarus tanq̄ abhominatio qua desolat ecclā. In religioe etiāz aliqn reperit abhominatio desolacōis. supbia sub signis hūilitatis. luxuria sub hitu honestatis. auaritia sub regimine paupertatis ps. Abhominabiles sūt z corrupti facti sunt in studijs suis. ista sūt p̄uicia aduentui illius abhominabil' antixpi. q̄ q̄nto amplius erere tunc tanto p̄ximiorē ipsius aduentū prenunciant. Et nō q̄ ille iniquus antixps hoc loco d abhominatio rōne iniquitatis z abusionis. Item Gen. 49. dicit esse coluber in via. z cerastes in semita mordens vngulas equi vt cadat ei9 ascensor retro. Ista vba de dan filio iacob dicunt de e9mōi tribu nasciturus credit antixps de quo ista intelligunt. coluber aut d h̄pens qui colit vmbas. Cerastes vō est serpens cornut9 h̄ns cornua quatuor filia anetinis. Erit igit antixps serpens veneno malicie. coluber insidians. z cerastes dominās. cuiusmōi q̄tuor cornua erunt q̄tuor mōi dñi quibz coronabit. orientis viz occidētis septentrionis z austru. Nam vt dicit Hiero. sup danielē sol9 ex iudeis antixps in toto orbe regnabit. Item Dan. 7. Ipse est vndecimū cornu diaboli. cornu quidē rōe dñationis. vndecimū vero rōne transgressionez significat. vt dicit Gre. 32. mo 22. ca. 16. de hmōi cornu transgressionē. dicit. ps. Nolite extollere in altum cornu vrm. nolite loqui aduersus deum iniquitatez. Item Apoc. 13. dicit esse bestia diaboli ab eo sumens p̄tatem vt loquatur blasphemias in deum. z pugnabit contra sanctos atqz vincet eos loquetur enim contra cristuz dicens q̄ non sit dei filius. nec ex v̄rgine natus. et pro suis crucifixus iniquitatibus z q̄ dñāta p̄dixerit miraculis falsis. z scriptuē testimonijs ap̄ probauerit. Item ipse est diaboli spelunca ratione simulationis.

Job. 37. Item ipse erit diaboli cauda rōne vltimo psecutionis.
 Cauda enim vltimum est animalis. Sicut dicitur Job. 40. Itē
 ipse erit diaboli sternutatio ratione diabolice commotionis vt
 dicit Job. 41. vbi Gre. 33. mozz. ca. 34. qz sternutatio inqz ma
 rime caput acutit. diaboli sternutatio vocat illa eius extrema
 amotio qua dānatuz hoīem ingredit. et p eū rebbis principat
 qz tunc tanta se amouebit vtute vt mēbra etiā si fieri pōt elec
 ta pturbet. Itē erit alitus diaboli rōe pestifere inspiracōis. Job
 41. alitus eius pūnas ardē facit. Itē erit collū diaboli rōne in
 flexibilis obstinatōis. Job. 41. in collo eius morabit fortitudo
 et eiusdē. 15. Tendit adūsus deū manū suā. et oipotentes ro
 boratus ē. currit adūsus deū erecto collo et pingui ceruice ar
 matus ē. Itē ipse erit diaboli gladius rōne ire et puerse sugge
 stionis. Job. 41. cū apprehendit eū gladius subsistere non poterit
 neqz hasta. neqz torax. p hastam hū Gre. pdicationis iaculū. p
 toracem vō fortitudines pacie intelligim⁹. neutz istoz poterit
 subsistere an hunc gladiū. qz vt dicit Gre. diabolus venēs et
 anti xpm tante vtutis apparebit vt si supuz desit adiutoriu in
 predicantiū acumen obtundat et loganimitatē patientium de
 struat. Item d homo peti filius pditionis. et hō diabolicus rōe
 plenarie assūptionis. sciens em diabolus dei filiū in assumpto
 hōi hūani generis salutez fuisse opatum. et in carne dimitat po
 tentiā demonstrasse ipse etiā assumet damnatū illum hoīem vt
 hoīe pdat homines. et in hoīe suaz potentiā manifestet. primit⁹
 quidez assūpto serpente deapit hoīem innocentē vltimo vō re
 demptū hoīem rursus eueret. et qd ps. orat. Exurge dñe non
 desorēt homo. Item d anti xpus xpo dñus. ad hoc em laborabit
 diabolus totis conatibz vt xpm exsulet vt xpianitatis cultuz
 euacuet. et quidqz fidelibz contrarium ē statuatur. z. Thessa. z. Ad
 uersat et extollit sup omē qd d deus aut colit. Itē ppuz nomen
 xpi erit compositū ex lris quaz valor est sexcenta sexaginta sex
 vt d Xpoē. 12. Ideo grece altero triū nominū vocabit scz ante
 mos. i. dñus honori. vel arnoym. i. nego. vel teitan. i. sol gigas
 latine vō appellabit die lux. nam lre hazz dictionuz ad nūm su
 pradictū compouendū exurgūt. qui est sexcenta sexaginta sex.
 f Scdo ponit hmodi psecutionis remediū. tanta em erit vt
 nemo possit resistere. h sola fuga erit remediū. circa quā fugam
 tria tangit. pmo locum fuge: tūc qui in iudea sunt fugiant ad
 montes: vt ibidem tra romanoz protegant exeritū. Scdo
 fuge sollicitudinez: et qui in teo nō descendat tollē aliquid de
 domo sua: sed potius cuncta relinquat ne occupatus capiatur

Sermo

Tertio tangit fugę celeritatē: & q̄ in agro non reuertat̄ tollere tunicā suā: in lica d̄ qui fuerint in medio hierlm̄ descendant & qui in regionibz n̄ interent in eā. supuementē em̄ exercitu. cōsueuēt qui in regionibz habitant ad ciuitatē fugere vt ibi tuerent. sed n̄ sic faciendum erit romanis extra ir̄m uenientibz. qz tuus erit ciuitatē relinq̄re q̄ in eam ingredi. istud asiluz ad litteram seruatiū est. cū immeret exercitū ciuitatis. vt d̄r in ecclesiastica historia. ad monitū em̄ fideles diuino oraculo transeūtes iordanem uenerūt ad appellem ciuitatē que sub rege agrippa erat. & ibidē extra obsidionez ciuitatē saluati sūt. sic p̄nunciavit *Ysa. 16.* Absconde fugientes & uagos ne p̄das. habitabunt ap̄ te p̄fugi mei. moab esto latibulū eoz a facie uastatōis. ad ir̄az enim terra ultra iordanē quondā fuit moabitaz. sicut p̄tz in dicum. 11. Et Nota qz fidelis quidā sunt penitentes desiḡnati p̄ eos qui sūt in iudea. in desolacione. Quidā uero sunt p̄fite tes qui sūt in tecto. q̄ uadunt de uirtute in uirtutē ponētes ascē siones in corde suo. quidā d̄o sunt p̄fite laborantes. scz i agro uel in tecto sunt exemplarij. qz multitudinem delictoz operit caritas. in agro sūt actiui. igit̄ si quisq̄ istoz uiderit abhominatiōē ullam in ecclia uel in monasterio n̄ scandaliset. nō iudicat non ademeret. s̄ primo fugiat ad montes. nō asideret q̄les sicut prelati p̄ntis t̄pis. sed ad exempla fugiat precedentū pat̄z. uideat montem unū moysen. aliū helyam. petrū & paulū. ceteros qz ap̄los asideret. & religionū institutores. angulstinū b̄ndictū. basilium. dominicū. franciscum. paulū primū heremitā. hyllario nem. anthoniū & ceteros. Item si cadunt aliqui a p̄posito uirtutis eoz exemplo nō descēdas de tecto. rursus si aliqui sic canes reuertunt̄ ad uomitū. tu noli auerti. nec abiectam tunicā conuersationis p̄sine induas. *¶* Nota qz abhominatio desolatiōis tria sunt uicia p̄cipua. supbia luxuria et ypocrisis abhominabilis quidem supbia est. vt d̄r in ecclesiastico. Quid supbis terra & cinis. Et itē abhominabilis est d̄no omnis arrogans. Ista est abhominatio desolatiōis. qz vt dicit *Xug. 9.* Alia quecuq̄ iniquitas in malis opibus exercēt vt fiant. supbia uero etiā bonis opibus insidiatur vt perat. Et *Gre. 34.* moza destruant. vt uiz ira pudentiā castrimargia abstinentiaz libido continentia expugnet. Supbia uero quā uicioz radicem dicit̄ nequa q̄ uicis uirtutis extinctione & tenta ē. d̄ oia se ais mēbra erigit & q̄si ḡnalis et pestifer mōebus corpus omne corrumpit. Item luxuria abhominatio est qz rōnalem hoīem brutū effiat.

ista etiam abhominatio desolant virtutes. Sic dicit Job. 31.
 quod nephas est et iniquitas maxima ignis est usque ad assumptionem
 deuorans. et omnia eradicans genina. Item ypothesis ab
 hominandum idolum est. quod habet omnis iniquitas detestabilis sit deo
 abhominabilis tamen est iniquitas sanctitatis specie tecta. dicitur. et
 ve vobis scribe et phari ypothesis qui siles estis sepulcris dealba-
 tis. que a foris apparent hominibus speciosa. intus vero sunt plena
 ossibus mortuorum et omni spurcitia. hec tria fugienda sunt. primo
 quidem a penitentibus. quorum mentem si tangat supbia. et desideret
 montes angelicos qui cedere. si luxuria tetigit fugiat. vnde vsus
 Ne pereas cede. misera veneri cito cede. Cuius bella fuge. vnde
 arte fuge. Fugiat vero ad montes altitudinem scilicet continentie. quo
 potuit saluari Loth. Gen. 19. sed tales montes cum deseruit com-
 misit incestum. Rursus si ypothesis mentem tetigerit in monte fu-
 giat. et nihil opetur quod erubescat fieri euidentis. quasi ciuitas supra
 montem. que abscondi non potest. Item in tecto sunt doctores quibus
 dicit Christus. que in aure audistis predicate super tecta. hos consuevit
 abhominatio supbie tangere. hec caueant descensum quod omnis qui se
 humiliat exaltabit. et e contra. Item caueant descendere ad opera
 carnis. Rursus caueant ypothesis spiritum. Ambrosius. nec locutiones
 silemus columbinam. et mentes habeamus caninam. Item in agro
 sunt qui bonis exultantur opibus. isti non reuertantur ad tunc
 cam ypothesis. nec ad pizomata luxurie. nec ad purpuram et bis-
 sum supbie diuitis epulonis. Nota tres esse status ecclesie. scilicet
 continentium coniugatorum et prelatorum. Primi sunt in iudea laude
 vnde deitatis. cantantes canticum nouum ante sedem dei et agni. ex
 eo quia cum mulieribus non sunt coniuncti. virgines enim sunt.
 Coniugati vero sunt in agro in labore scilicet vite penitentis. psalmus. Labo-
 res manuum tuarum etc. Rursus In tecto autem sunt prelati et conspi-
 cientes actus subditorum. vnde saga alima per que prelati intelli-
 gunt. fuerunt in tecto tabernaculi. et petrus ecclesie rector ascen-
 dit in superiora domus. Actus. 4. Et vigilans prelatus dicit in
 psalmus. Vigilavi et factus sum etc. temporibus ergo antichristi omni-
 bus fidelibus datur salutare consilium. Primo quidem continentibus. vt ad
 montes fugiant. tunc etiam aliqui videbunt montes propter eminē-
 tiam vite et penitentis. hec erunt montes gelboe sine rose gratia et
 sine pluuia doctrine. isti sunt montes vehemoth de quibus Job.
 40. huius montes herbas fuerunt. Incertum tunc erit qui nam-
 sint montes celestes. non enim erit vlla fiducia in apparentia
 exteriori. Et ideo cunctis relictis illius temporis iustis ad anti-
 quos confugiendum erit montes angelicos et etiam electos.

Sermo

horum presidium supplicandum inde lux veritatis contemplanda. ps.
 Leuavi oculos meos in montes etc. et iterum illuminans tu mira-
 biliter a montibus eternis. accipiente sunt ale colube ut volantes
 in hos montes quiescant dicentes tu. ps. Ecce elongavi fugies
 etc. Job. 39. dedi ei in solitudine domum circūspicit montes pascue
 sue. et uirentia queque perquirit. ad terram etiam antixpi tempore scilicet
 fugient in arabiam desertam petentes ut dicit Hieronimus super Dani-
 elem. Ideo ibidem dicitur. 11. ca. hec sole saluabunt de manu eius Edom et
 moab. et principum filiorum amon. has enim terras antixps relinquet
 in tataras. Item quod fuerit temporibus antixpi. in regie ecclesie si descen-
 dat huius persistat exemplo abacuh dicentis. 2. ca. super custodiam meam
 stabo. et ligam gradum super munitionem. et contemplabor ut videam
 quid dicat mihi et quod respondeam arguentem me. Contra istos
 prelatos quasi lupus rapax maxime armabit antixps. sciens quod per
 cussio pastore dispergent oues gregis. Item quod fuerit eiusdem tempore
 in agro fructifero mimonij non reuertat ad dissolutionem ipsius
 quasi tollens diuinitie tunicam. erunt enim discipuli antixpi dam-
 nantes nuptias et dissoluentes que deus iunxit. L. Tercio
 ponit persecutionis supplicium: ut autem pregnantibus et nutrientibus in
 illis diebus: quasi uelut in a romanis comprehendet. ut erit pregnan-
 tibus et nutrientibus. quod ut dicit Dionysius. Non erit tunc tempus miserere
 nec super pregnantes nec super lactantes. nec super infantes eorum
 quin potius pregnantes indeorum romani scindebunt. et nutritos in-
 fantes allidebant ad petras. Aliter secundum Hieronimum. ut erit pregnan-
 tibus quod grauate utero fugere non poterunt. ut erit nutrientibus quod
 amore plis detente capient. sic simia amore filiorum ligata. simul
 cum eis capiet. Nota quod secundum Augustinum. pregnantes sunt auari qui aliena
 concupiscunt. et spem habent adipiscendi. sic mulier pregnantis spes-
 rat plerumque nutriendes uero sunt. quod possident que cuperant qui pos-
 sessa nutrire dicunt. cum ea muniant custodiunt colunt atque augere
 cupiunt isti a dyabolo. ps. Concepit dolorem et peperit iniquita-
 tem. Psalms. 59. Dux aspidum erupunt. et quod factum est ex eis erupet
 in regulum. Pregnantibus illis et nutrientibus erit uelut antixpo uelut
 ente. uelut scilicet culpe et uelut pene. quod temporalia largire ad nutum quibus
 male possessis. ad uelut puenit eternum. Aliter secundum Augustinum. caritas est
 quadruplicis status. scilicet incipientium que nascitur. proficientium que nu-
 tritur. perfectorum que roboratur et uirtutibus consumatur cupiens dis-
 solui et esse cum christo. Uel erit incipientibus et proficientibus sub anti-
 xpo. quia cito scandalisabunt et resiliunt. Uel aliter sicut dicit
 Psalms. 26. secundum aliam terram. a timore tuo concepimus et peperimus
 spiritum salutis. aliqui sunt qui concipiunt emendationem uite et scilicet

ppositum istū pregnantēs sūt. sed timent parere. quia nunq̄ de
 monstrant in opere qd̄ cōcipiant. nutrientes vero sunt quia iaz
 pepererunt bonuz qd̄ cōceperant. sed delicate q̄ si blandimētis
 infantiū ipsum bonuz nutriunt. vtrifq̄ erit ve t̄pibus anti xp̄i.
 quia q̄ ppositum pregnantū erit abortiuū. et fetus nutrientū
 nōn p̄ficiet. Aliter semen est verbum dei quo mentes audito-
 ris suscepto q̄ si tumente vtero impregnant. h̄j quidē vt fetum
 castitatis parent. h̄j patientie. h̄j misericōdie q̄ sic de singul. nu-
 trientes vero sunt p̄dicatores q̄ fouent eas virtutes auditoruz
 quas iacto semine genuerūt in xp̄o. talis nutritor erat ap̄lus. q̄
 dicebat corinth̄js tanq̄ puulis in xp̄o. lac dedi vobis potū nō
 escam. Et itez. facti sumus in medio v̄ri. tanq̄ si nutrit̄ foue-
 at puez suū. istis doctoribz t̄pe anti xp̄i ve erit eternū si non
 euangelizauerint. si vero docuerint ve erit illis t̄palis passiōis
 q̄ mortē quoz etiam auditoribz ve erit eternū si nō pepererint.
 Et rursus t̄pale si p̄cepta doctoris seruauerint. ¶ Q̄rto
 aduersus has p̄secutiones tangit orōnis suffragium: orate aut̄
 vt non fiat fuga v̄ra hyeme vel sabbato: D̄potebat quidem
 in hac fuga v̄ra romanoz exercitū deserta petere q̄ longe re-
 dere. Prīmū phibet hyemis asperitas. scdm̄ vero obseruantia
 sabbati quo die nō licet amplius mille passibz p̄cedere. Dra-
 re etiā oportet ne t̄pibus anti xp̄i sit refrigeratio caritatis tanq̄
 hyems. quia tunc fuga non tollerabit. omnia em̄ amor sustinet
 D̄poret etiam orare ne sit sabbatū. i. vacatio a bonis operibus
 quia nullum ex hac habet premiū si non adesset bonum opus.
 Vel per hyemem gentilitas. per sabbatū vero legalis obseruā-
 tia significat. Drandum est igit̄ nobis ne p̄ualete ydolatrie
 cultū vel legalium obseruantia ad fugam xp̄iani nois compel-
 lamur. Vel hyeme fugit qui l̄m̄ ore coangustatus xp̄m̄ deserit
 sabbato fugit qui deuotione mandatorū legalium prouocatus
 fidem reliquit. ¶ Quinto ponit huius p̄secutionis magni-
 tudo: erit em̄ tribulatio magna qualis nōn fuit ab inicio m̄di-
 vsq̄ modo neq̄ fiet: Illa em̄ tribulatio qua vltimo sub roma-
 nis iudei afflicti sunt. excessit tribulationem egipti. captiuitatez
 babilonie. tormenti anthiochi. q̄ tanta aduersa que a natio-
 nibz sustinuet. qualis illa tribulatio fuerit dicit Luc. Er̄t p̄es-
 sura magna sup̄ terram q̄ ira p̄plo huic. et cadent in ore gladii
 et captiui ducent in omnes gentes q̄ hierl̄m̄ calcabitur agen-
 tibus donec impleant̄ tempa nationū. Cris̄. Interrogo inquit
 tu deos. vnde tanta intollerabilis ira diuinitus venit super eos
 omnibz que ante facte sunt difficilioz. nōne manifestum est qm̄

Sermo

propter crucis trisionem. Nouissimis temporibus cum damnatus ille homo
aduersus christum surrexit. tanta erit persecutio ecclesie ut nunquam si-
milis fuerit. nec futura sit. Temporibus quidem tyrannorum ecclesiarum
persequentium aderant doctores vero affirmantes ecclesiam. aderat
et miraculorum gratia. sed veniente antichristo subtrahentur signa et
doctrina. Job. 41. faciem eius predebet egestas. vbi Gregorius. 34. mor-
ca. 4. terribili ordine dispositionis occulte priusquam diabolus in illo
damnato homine quem assumet appareat sancte ecclesie virtutum si-
gna subtrahentur nam prophetia abscondetur. curationum gratia auferetur
prioris abstinentie virtus minuetur. doctrine verba contumescunt.
miraculorum prodigia tollentur. que quidem nequaquam superna dispen-
satio funditus subtrahit. sed non hic sic prioribus temporibus apte ac
multipliciter ostendit. nam fidelibus in illo certamine signa non de-
erunt. sed tanta erunt signa antichristi ut nostrorum aut pauca aut
nulla videantur quorum nimirum virtus omnibus signis sit potior. tunc
omne quod ab illo terribiliter fieri conspiciat per interne astantie calcem
premit. Secunda tribulatio erit tormentorum. quia instigante dia-
bolo et agentibus iudeis suppellectilia excogitabit inuidia quorum
errore predicatores fidei annuntiantur oppositum. et pauci per to-
tum mundum christianitatis nomen audebunt sicuti. Unde Hieronymus. que
inquit maior tribulatio quam videre fratres nostros seduci. tunc enim
sicut scriptum est. 2. Re. 17. fortissimus quisque cuius cor est quasi
leonis pauore soluetur. tanta denique erit tribulatio ut videatur
deo et veritati contraria. Tercia tribulatio erit quia crudelitati
tormentorum addet miraculorum efficaciam. flagellabitur quidem christi
anos. et in ipsis flagellis operabitur miracula. vnde Gregorius. 32. morali-
ca. 16. Nec fideles nostri miracula fatiantur cum pueris patient. tunc
enim antichristi satellites etiam cum pueris inferunt miracula facturi sunt
Pensemus ergo que erit humane mentis illa temptatio quam per
martirem et corpus tormentis subiicit. et tamen ante oculos mi-
racula tortorum facit. cuius tunc virtus non ab ipso cogitationum
fundo quatiatur. quam his qui flagris cruciat signis coruscant igitur
altus erit antichristus venerandis prodigiis. et durus crudelitatis tor-
menti. non enim tunc sola potestate erigitur. sed etiam signorum osten-
sione fulcitur. Quarta tribulationis immensitas erit similitudo
iusticia ut dicit Hieronymus. super Dani. Antichristus castitate sistabit
ut plurimos decipiat. tante enim sanctitatis videbitur ut eos que
cruciauerint martires. sui compatiens iniquos faciat apparere. vnde
Gregorius. 33. morca. 36. per ypoctisimam sanctitatis eam quam ipse
dominus veraciter habuit singulare sibi inesse sapiens mentietur

et vitam et sub agni specie auditoribus reprobis spertinū virus
 infundet. Quinto auget illa tribulatio propter scripture sapiam.
 Ille enim homo omnem habebit scripture intellectū. ita ut apertissime
 videatur contra christum scripturas exponere. Ideo dicit Daniel. 7.
 Quis habebit os loquens ingenia cuius tanta erit doctrine aucto-
 ritas ut verba predicantium fidelium faciat contemni. Job. 41. Non
 fugabit eum vir sagittarius. Vnde Gregorius. 34. morum. ca. 11. Quid sagi-
 tas nisi verba predicatorum accipimus. quibus non fugabit anti-
 christus. quia quisque ab illo apprehendit verba predicantium audire
 contemnit. Sexta tribulationis illius augmentum erit antichristi
 potentia. potentia quidem erit diabolica virtute. quia ut dicit Gregorius
 32. mora. ca. 16. in illo damnato homine tota virtus diaboli con-
 gesta densabitur. Item advenit illi etiam potentia secularis. Job.
 41. In collo eius fortitudo demorabitur. vnde Gregorius. 34. morum. ca.
 2. In collo inquit eius fortitudo morabitur. quia elationi illius
 etiam subiuncta potentia suffragat. Nam quicquid tunc superbe
 extollitur. quicquid callide machinat et cum virtute potentie se-
 cularis exequit. Septima tribulationis imenitas erit quod to-
 tus mundus unanimiter contra paucos fideles armabit. vnde Gregorius.
 34. morum. ca. 4. quia antichristus contra electos dei in suis viribus ef-
 frenatur ut ad augmentum sue malicie unitatem quoque in repro-
 bis habere permittatur. ut tanto contrarias vires suas robustius
 exerceat quanto non solum sedu fortitudinis. sed male etiam ad-
 unationis impugnat. Octava tribulatio illa exercebitur quod pe-
 uorum corda contra ecclesiam inflamabit. Job. 41. seruescere faciet
 quasi ollam profundum maris. Vbi Gregorius. 34. morum. 16. quod persecutio
 extremo tempore contra electorum vitam studet animos reproborum per flam-
 maz crudelitatis excitare. et que corda hoc tempore pacis mira suar
 malitiam clausa latuerunt. tunc in estum immansissime persecutionis
 ebulliunt ac per abruptas crudelitatis aperte licentiam ea que diu
 presserant odia antiqui luocis exalant. Nona tribulationis
 immenitas erit. quod persuadet antichristus iniquis quod persecutio fide-
 lium sit pietatis opus et dei obsequium atque pro zelo religionis fa-
 ciet estimare ut quanto atrociores fuerint ad crudelitatem. tanto
 amplius premia mereant eterna. sic dicit Gregorius. 34. morum. ca. 17.
 Decima tribulationis iniquitas erit epulum distributum ad nutum.
 Dicit enim Hieronymus super Daniel. quod antichristus multa deceptis munera
 largietur. terram suo exercitui diuidet quosque terrore non querit
 subiugabit auaritia. Talibus antichristus armatus munimentis que
 quid nequit valuerit callidus exquirat. tunc diabolus ceruicem
 superbis alius erigit et per illum dan natum queque gestat hominem

Sermo

omne quod temporaliter preualet nequiter ostendet. Et primo quid subijciat sibi. seculi potentes. Dani. 7. Ecce tria de cornibus primis euulsa sunt a facie eius. quod ut dicit Greg. 32. mozz. ditionis sue regna totidem que sibi vicina sunt subijciat. hec regna dicit Hiero. sup Dani. esse egypti affricae et ethiopiae quibus subiugatis reliqua septem romani imperii regna victori colla submitteret. Item subijciat sibi sapientes seculi. quod ut dicit Greg. 33. mozz. 34. prudentes seculi malicie antixpi inhxentes fidem quam inueniunt in xpo noctis repugnabunt errorem et antixpi uenerationem uex lucis mane iudicabunt. spondentes sermitatem nre fidei repellere et ueritatis lucem si quis clarescentibus nunciare. Item subijciat sibi doctores ecclesie. Job. 41. sub ipso erunt radii solis. ubi Greg. 34. mozz. ca. 15. Quid inquit per solis radios nisi acutissima sapientum demonstrant. Et quoniam multi qui intra sanctam ecclesiam luce sapientie resplendere uidebant tunc uel persuasionibus capti uel minis territi uel cruciatibus fracti. antixpi seductioni subijciuntur recte nunc dicitur. sub ipso erunt radii solis. Sancti enim doctores iuxta daniellem erunt sicut splendor firmamenti. Et qui ad iustitiam erudiunt multos fulgebunt impetibus eternitates et cetera. Item subijciat sibi resplendorem iustorum. quia ibidem dicitur. sternet sibi aurum quasi lutum. Quia ut dicit Greg. multos qui intra sanctam ecclesiam fulgore iusti auro resplendere uidebantur. Tunc uel terrenarum rerum concupiscentia. uel errantis doctrine contagio. uel carnalibus sibi uoluptatibus substerneat. auro enim quasi lutum sternere est in quibusdam uite munditiam per illicita desideria conculcare. nam per lutum desiderium sordide uoluptatis exprimit. Sicut ps. deprecans ait. Eripe me de luto ut non infingar. Luto qui prope mhxere est sordidis desiderijs carnalis concupiscentie inquinari. Item quosdam qui uite excellentia credebant esse de numero electorum. deridet sicut dicitur. Xpo. 12. Cauda draconis traxerat terciam partem stellarum celi et misit eas in terram. Quia ut dicit Greg. 32. mozz. 16. illa sathane extremitas per audaciam assumpti hominis erecta quosdam quos uelut electos dei in ecclesia inuenit obtinendo reprobos demonstrabit. stellas itaque de celo in terram cadere est relicta nonnulli spe celestium. illo duce ad ambitum secularis glorie inhiare. Item cultus dei in sacrificio altaris et obseruantijs sacris amoueabit. Danielis. 7. Robur datum est ei contra iuge sacrificium propter peccata. et prosterneatur ueritas in terram et faciet et prosperabitur. Item mundum in sui admiratione conuertet. Job. 41. Post eum lucebit semita ubi Greg. 34. mozz. ca. 18. post antixpm qui prope semita luce

perhibetur. quia quāq̄ transeat admirationem tamen nimiaz
 ex miraculoꝝ suoꝝ claritate dereliquit. ⁊ siue p se siue per mi
 stros suos quoslibet prodeat. mendacis lignis coruscet. Item
 his omnibꝝ non obstantibꝝ antixpi tamen tempibus reperien
 tē quidam xpiani vt dicit Gre. vbi supra. qui in memoria ⁊ ver
 ba pphetica ⁊ euangelica precepta retinentes. sciant et falsa esse
 signa que eribet. ⁊ vera supplicia ad que decipiens trahit. No
 rum corda quia sanctitatis ⁊ miraculoꝝ specie non potent fal
 lere ad aliam illusionē adducet. Quosdam em̄ hec scientes. h̄
 tamen vitam pntem diligentes conspiciat. quozꝝ protinus men
 tibꝝ ventura supplicia leuigat. firmenda quoqꝝ distionis iudicia
 asserit ⁊ deceptos callide ad presētes voluptates rapit. vñ Job
 41. Estimabit abyssum quasi senescētē. quia vt dicit Grego
 rius. terminari qñqꝝ in supplicijs supernā aiaduersionem iudi
 cioꝝ faciet putari. Sed mirum est si homo ille damnatus in his
 omnibꝝ aliquem remorsum consciēcie nō habeat. si timore di
 uini iudicij non terribit. Consideranduz vero est quia sic insti
 gante diabolo alienabit homo ipse a tramite rationis vt pmo
 quidem cor eius non emolliatur ad compunctionem. Job. 41.
 Cor eius indurabitur q̄si lapis. ⁊ stringetur q̄i malleoꝝ incus
 Item si alienabitur vt diuinam contra se sententiam contennat
 Dicente Gregorio. 34. moꝝ. ca. 13. et. 14. Quid mirum si hūa
 nas vires despiciat qui ipsa etiam in se supermi iudicij tormenta
 contennit. Vnde dicitur Job. 41. Quasi stipulaz estimabit mal
 leum. ⁊ deridebit vibrantem hastam. quia enim p malleū desu
 per venientem celestis pondus percussiois exprimit. Ideo iste
 leuātā malleum despiciat. qz superne animaduersionis ictus
 formidare contennit. vibrantem etiam deridet hastam. quia ex
 distrito iudicio quicquid graue. quidquid horribile se puidet
 pati non metuit. sed quo se eterna tormenta euadere non posse
 conspiciat eo in exercenda neq̄cia durior assurgit. Item sic alie
 nabitur vt in stuporem mentis conuersus insensibilis efficiat.
 Vnde Gregorius. 34. moralium. ca. 21. factus est leuātā vt
 nullum timeret nullum viz quia nec deum. sed nec hoc qd pas
 surus est metuit cui nimiruz felicius fuerat timendo vitæ sup
 plicia q̄ non timendo tollerare. appetitum nanqꝝ celsitudinis
 vertit in rigorem mentis vt iam p duritiam se male egisse non
 sentiat. qui preesse per gloriā querebat. naz quia ius quesite
 potestatis non obtinuit. quasi quoddā superbie sue remediuz
 infamā insensibilitatis inuenit. et quia profecto transgredi cun
 ctā non potuit despectu se contracuncta preparauit. D

Sermo

Sexto ponit huius tribulationis periculum: et nisi breuiati fuisset dies illi non fieret salua omnis caro: quod equipollet huic nulla caro fieret salua. Nomine vero carnis hominem intelligit. Sicut legitur illud Genes. sexto. Non permanebit spiritus meus in homine quia caro est. Et psalmista. Recordatus es quia caro sunt. Attendamus illius tribulationis periculum. ut nemo de se presumat dicere veritate. quod nullus homo saluaretur nisi dies illi abbreviarentur quorum autem intuitu breuiandi aut diminuenti sint adiungit dicens: Sed propter amicos atque dilectos dei abbreviabuntur dies illi. Hoc autem tempus durationis siue terribilis persecutionis ultime creditur futurum tribus annis. et mensibus sex. quod affirmatur et probatur primo Danielis nono ubi dicitur. In dimidio hebdomadis deficiet hostia et sacrificium. et erit in templo sancto abominatio desolationis. Hebdomada in hoc presenti loco secundum omnes veros expositores et interpretes est annorum non dierum septem videlicet annis pro vna hebdomada computatis atque numeratis. igitur media hebdomada est tempus trium annorum et dimidii. quando remoti et veri infallibilisque dei culto ablato tunc ille abominabilis antichristus terribili bestie comparatus tanquam deus erit in templo. Item secundum eundem duodecimo. Et dixi. usque quo tempore finis atque ultimus terminus horum mirabilium. Tunc vir eleuasset dextram et sinistram suam sursum videlicet in celum et iurasset pro verum christum et iuuentem deum in eternum. quia in tempus et tempora et dimidii temporis. tempus est vnus annus tempora sunt duo anni. dimidii vero tempus est dimidius annus. Item ibidem eodem ca. dicitur. a tempore quo ablatum fuerit iuge sacrificium et posita fuerit abominatio in desolatione dies mille ducenti. 90. qui sunt tres anni et dimidius. et trecentis. et sexaginta octo diebus pro vno anno computatis et superfluum dies sunt. Item Apoc. 11. dicitur. Civitatem sanctam calcabunt mensibus. 42. qui sunt tres anni et dimidius. 12. mensibus pro anno computatis. Et eiusdem. 13. dicitur quod bestie quam antichristum intelligit data est potestas facere menses. 42. tantum autem futurum esse tempus persecutionis antichristi colligitur ex figura eius antiocho qui tribus annis templum hierosolymis profanauit. Sicut pt. 1. Machab. 1. et. 4. Hoc etiam conuenit quia tanto tempore tribus scilicet annis et dimidio christus predicauit. Queritur quare tantis aduersitatibus conculcanda sit ecclesia pro antichristum. Responso huius rei causam vnam Grego. assignat 34. Moralium ca. 1. dicens. Quia diabolus extrema mundi atrocis

temptaturus aggreditur. quia tanto fit feruentior ad sententiam
quanto se vicinior sentit ad penam. considerat quippe quod iuxta
sic ut licentiam nequissime libertatis amittat. et quanto breuitate
tempis angustatur tamen multiplicitate crudelitatis expanditur
¶ Sed quia non habet diabolus potestatem nisi deo per-
mittente. hoc deus fieri permittet duabus ex causis. Prima quod cir-
ca finem mundi erit habundantia nequitiarum et refrigescet caritas
multorum. sed erit tunc multiplex ostentatio sanctitatis ut igitur di-
scernat qui vere sunt electi et qui hominum iudicio illius tribulatio-
nis examen deus euenire permittet. Nam ut dicit Gregorius 34. Ego-
rali. ca. 3. sepe aliquis multis vicibus clam implicatur. et tamen aliqua
virtute cupit hominibus apparere. sed contingit dei iudicio. ut tan-
dem culpa latens pateat ut possit homo gloriam quam ex appa-
renti virtute captabat. Hoc tribus partibus exemplis Castus enim
supbus dum supbiam non corrigit. etiam lapsum carnis in adit
Item elemosinis vacuus dum linguam a detractionibus non retra-
hit circa finem vite rapacitate mordescit. Item paciens dum in
iudicium et malitiam seruat in corde. aliquando impatiens etiam do-
lens perditur. sed quod nunc fit in vno quod homine temporibus antichristi
generaliter complebitur. Secundo antichristi plebatione deus euenire
permittet ad certitatem infidelium. dignum enim est ut per eum de-
cipiantur qui veritatem consenserunt. 2. Thessa. 2. eius aduentus
erit secundum operationem sathane in omni virtute et signis et
prodigiis mendacibus. et in omni seductione iniquitatis his
qui pereunt. eo quod caritatem veritatis non receperunt ut salui fierent.
Ideo mittet illis deus operationem erroris ut credant in
datio. ut inducant omnes qui non crediderunt veritati. sed con-
senserunt iniquitati. Tercio hoc deus permittet ad purgationem
electorum ut purgentur sicut aurum quod per ignem transit Job
41. cum sublatum fuerit timebunt angeli. et electi et territi purga-
buntur. ceterum quando venturus sit antichristus diffinire temerarium est
quia modico tempore post aduentum eius erit finis seculi. ut dicit
glosa super Exod. Et quia de fine seculi nemini licet vaticinari
ideo nec de aduentu christi. nec ad hoc discernendum aliquo numero
scripture iuuamur. Dicit enim Apoc. 20. quod mille annis esset
ligandus sathanas in abyssum et post modico tempore relaxan-
dus. hic tamen annorum numerus non ad litteram sed misse
accipitur sicut dicit glosa. et fortasse etiam presens antichristus non
cognoscetur a multis quod ipse sit quem scriptura sic damnat. se-
det enim cum diuitibus in occultis. nec est in homine via eius ut
dicit Hieronimus. Venturus autem paucis creditur diebus regnare

Sermo

quia tribus tantum annis ⁊ dimidio. Nam contra euz venient enoch ⁊ helias vt conuertant corda patrum in filios. istos mā dabit occidi. ⁊ iacubunt corpa eozū in medio ciuitatis magne que vocatur spūaliter sodoma ⁊ egiptus vbi deus eozū est crucifixus. die vero tertia resurgent ⁊ vocē de celo facta ad dominū ascendunt cunctis videntibus ⁊ mirantibus. Post hec et anti xp̄s celum volet ascendere sed occidetur. Gre. 33. Hora. capitu. 16. Sine manu inquit conteret. quia non angelozū bello non sanctorū certamine. sed p̄ aduentum iudicis solo oris sui spū eterne morte ferietur. quo mortuo beat⁹ qui puenerit ad dies mille trecentos trigintaquinqz. vt dicit Dan. 12. Isti sunt dies cōstituentes tres annos ⁊ dimidium q̄nto tempe predicabit anti xp̄us. ⁊ ultra hec sunt dies. 45. qui eo mortuo dabunt deceptē pro spacio penitencie ⁊ iustis pro refrigerio s̄m Hiero. sup̄ Daniel. Omnes isti sensus magis mihi videntur p̄phete gratiam sapere q̄ interpretationis.

Secunda pars.

¶ Secundo in eo quod dicit. Tunc si quis vobis dixerit ꝛc. tangitur asilium contra errozū fallatiam. Et q̄nqz fact. premititur em̄ errozū predicatio: tunc: scz anti xp̄o predicante vel eo iaz mortuo: si quis vobis dixerit. ecce hic: ⁊ hoc loco. mouentur rumoribus iudei dicentes messiam iaz eozū natum ⁊ ibi vel alibi esse. ita anti xp̄o mortuo surgent quidem anti xp̄i predicatorē qui asserant xp̄m ad terras venisse ⁊ locum sibi elegisse in quo sanctos congreget. qui cum eo regnaturi sunt: nolite credere: ⁊ Thessa. 2. Obsecro vos vt non cito moueamini a vestro sensu. Secdo ponitur falsorum predicatorū ostentatio: surgent em̄ pseudo xp̄i: ⁊ falsi xp̄iani ⁊ pseudo p̄phete. ⁊ falsi p̄phete. primi erunt anti xp̄iani. secundi erūt ipsius anti xp̄i predicatorē de quibus loquitur Joh. in Apoc 13. dicens. Qz post anti xp̄m quem comparauit pardo habentē omēz p̄tatez a dracone alia bestia ascendit de terra habens duo cornua similia agni et loquebatur sicut draco ⁊ p̄tatem prioris bestie omēz faciebat in conspectu eius. ⁊ fecit terram et inhabitantes in ea adorare bestiam primam. cuius curata eius plaga mortis. et fecit signa magna vt etiaz ignem faceret de celo descendere. Bestia prima s̄m glosam. Et Gre. 30. Hora. cap. 16. erit anti xp̄s. Secunda bestia erit predicatorū eius multitudo q̄ de terra ascendit quia extrema potestate gloriabit. cuius duo cornua similia agni erunt vita ⁊ sapientia quam se xp̄o silem menti tur habere. sed tamen sub agni specie loquitur vt draco